

damnum; sed obedire omnibus mandatis regalibus nostris. Et remaneant firma omnia et singula, sicut superius concessimus, contrarietate nulla opposita ab iliquo.

Preterea concessimus eis Nostrum excellens Sigillum et gratiosum Privilegium; et propter majorem firmitatem manu subscriptum per nostrum chirografum rubeum Sigillum aureum per Regalem Bullam auream in honorem Dei.

Datum a Nativitate Domini Nostri Jesu Xri, anno M.° CCC.° XXX. et a mayore computo Armeniae Septingentesimo octuagesimo, Inditione Romanorum Decimaquinto, mensis Novembris die XXIIIJ.° *Anni Settisato*<sup>480</sup>, per procuracionem *Basilij* Servi Dei Concessoris Gratijs suprascriptis.

+ Leo Rex omnium Armeniorum (in rubeo)<sup>481</sup>.

Suprascriptum et extractum fuit predictum Privilegium de armenico in latino per me Nuncium *Deotisalvi de Callio* Notarium publicum, secundum interpretationem factam per Dominum Fratrem *Thadeum* Episcopum *Occichensem*, fidelem Interpretem, de verbo ad verbum interpretantem et dicentem mihi et narrantem omnia et singula supradicta, nihil addito vel diminuto quod sensum variet et mutet intellectum predicti Domini Fratis Thadei: in presentia Testium infrascriptorum; Qui Dominus Frater Thadeus Episcopus Occichensis sedens pro tribunali, quia dictum Exemplum cum Originali in omnibus concordare invenitur, suam autoritatem imposuit atque decretum, ut ubique hoc Exemplum plenam fidem faciat sicut Originale predictum.

Acta fuerunt hæc in Civitate Sissij, in domo habitationis dicti Domini Fratris Thadei; anno Domini a Nativitate ejus M. CCCXXXIJ°, Inditione XV.<sup>a</sup>, die VI.<sup>a</sup> mensis Januarij: Presentibus...

---

<sup>480</sup> Pro Hanes (Johannes) Iritzantz.

<sup>481</sup> Le notaire, probablement le même Diotisalvi, au bas du document fait la description de la bulle d'or du roi Léon, en ces termes: «In nomine Domini Nostri, etc. Hoc est exemplum cujusdam Privilegij scripti in armeno, cum quandam Bulla aurea pendenti in filo serico; in qua quidem Bulla ab una sculpta (*sic*) erat quædam imago Regis et litere dicentes: LEO REX OMNIUN ARMENORUM, et ab altra parte erat sculptus quidam *leo* cum quadam cruce super dorsum, et hæc litere dicentes, LEO PER DEI GRATIAM REX ARMENORUM. — Cujus Privilegij transumpti de armenio in latino tenor talis est».